



Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 10. Diuitias appeti ob vindictam, ob quam ipsam essent fugiendæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

monuit, ne inde ansam arriperent vel inuidæ, quod minimo plus dedisset, vel ira, quod huic talem, alij aliam stolam dedisset, Qualis discordia existere potest, vel inter ipsos quoque Religiosos paupertatis non amantes, si vident alium habere meliorem pileum, recentiorem togam, nitidius pallium, pulchrius breuiarium; sæpe etiam ob elegantiorē icunculam: aut si, ob calceos magis attritos sibi datos, sunt in fermento. **Certamen monistis, opes.** Deniq; quod quisque plus habet rerum, eò plures habet sollicitatores, & insidiatores.

§. X.

Diuitias appeti ob vindictam, ob quam ipsam effent fugienda.

Vt autem dissidia ex opibus germinant, ita & vindictæ appetitus. Qui enim videri sibi deesse vires ad vindictam, fert, quod ferre cogitur. At qui nouit, sibi neruum esse, cristas erigit, & surgit in iras. Immò ad hoc optantur, & quæruntur opes, vt ijs noceri possit, qui inuisi sunt. Hoc ipso damnanda, quia sic quærendæ. Scitè D. Chrysostomus: *Sed vindictam, inquis, inimicorum sumere aliter non possum. Hac verò est maxima causa, propter quam execranda sunt diuitiae,*

S. Chrys.
er. quod
nemo læ-
ditur, ni-
si à seipso.

& amanda paupertas; istum enim gladium, quē
dicis, acuunt aduersum te; faciunt enim te p̄-
uaricatorem mandati illius: Mibi vindicta, & Rom. 12
ego retribuam, dicit Dominus. Vis autem vi-
dere, quantum mali habeat cupiditas vindicta?
Misericordiam DEI aufert ab homine, & gra-
tiam jam concessam renocat, & infringit. Scri-
ptum est enim in Euangelio, quod is, qui talen-
torum multorum debitor fuerat, & veniam à
domino precatus, à domino impetraverat; cùm
conuersus ad seruum suum, qui ei parum pecu-
niae debebat, hoc est, ei qui parum in eum pecca-
uerat, exigere eum cœpit, vindictam scilicet su-
mere, & ob quod immitis fuit erga indigentia
conserui, ipse de se tulit sententiam, ut non solum
jam concessa non frueretur indulgentia, sed &
tortoribus traderetur, atq; uniuersi debitum sum-
mam, cum supplicio solueret ac pœna, & ita, pro
desiderio vindictæ, munus perdidit indulgentia
diuina. Pro his, quæso te, expetenda videntur
dinitia, ut tibi facilior sit ad interitū via? Non-
nè pro his maximè oportebat eas veluti grauissi-
mum inimicum vitari?

§. XI.

Opes bellorum, & aliorum tam publicorum,
quam priuatorum malorum caussam
esse.

H 4

Quid

Matth. 18